lum. ut condemnaretur suspen
dio. Cumq. in hoc exitium. mor
teliam appropinquante uenisset.
orandi spatium petiit. Tunc sic
ut erat ligatus postergum ma
nibus. iactauit se prius in terra.
& coepit eum lacrimis inuocare
nomen beati martini. ut & si in
hac necessitate ei non succurre
ret. uel a culpis eum in posteru
excusaret. Cumq. complera ora
tione suspensus fuisset. recesserunt
milites a loco illo. Ipse aut
ore semiaperto. parumper la
bla mouens. scilicet martini semper

nitebatur auxilium implorare.
Discedentibus tamen illis. statim
solutae sunt manus eius. Et sic
perbiduum pendente eo. reuela
tum e eiudam religiosae. ut eu
tolleret. Quae ueniens. inuenit
eum adhuc uiuentem. Tunc ad
uitorio beati martini de patibu
lo depositum. in colomem addu
xit ad ecclesiam. Ibiq. uidentes
eum stupescebant. & admiraban
tur dicentes. Quomodo uiuit.
Et interrogabant eum. qualiter
liberatus es. Ille aut dicebat.
Beatus martinus. me de presen
ti morte eripuit. & huc usq. p
duxit. Uere hanc ego uirtutem.
iuxta mei sensus intellegentiam.
non inferiorem censeo. quam
mortuum suscitatum. Quem
sic beatus confessor. ut ita di
cam con fracto mortis hiatu.
eius a bore tractum. uitae re
stituit. Qui usq. hodie ad tes
timonium uirtutis beati uiri

uuis habetur in seculo. XXII.

DE LEO MERE CONTRACTIO
Locus autem ille. crebris uirtuti-
bus illustratur. Ab hoc enim uir
beatus sarcina carnis abiecta mi-
grauit ad dñm. Leumerius ergo
quidam nomine. seruus cuiusda
hominis. an de gauri a sanguine
pulsus. contracta manu. ligataq;
lingua rigebat. Multoq; tempo-
re in hac debilitate detentus. neq;
sibi. neq; domino aliquid operis
exercebat. Hic fide commotus.
cū ad beati basilicam uigilasset.
directa manu. deliberataq; ab
omni impedimento lingua. beati
martini miraculum. populis te-
statur. dicens. Ecce quid in
hac nocte sc̄i dī operatus ē me
teste probate. Reuersus autē
ad dñm suum. narrauit ei omnia
que acta fuerant. Sed ille mi-
nime uirtutem pontificis credens.
ad solitum eum adaptat serui-
tium. Qui cum operari coepisset.

rursum in debilitate redigitur.

Intellegens autē dominus eius.
dī hoc ēē mysterium. transmisi-
t eum iterum ad locum. in quo pri-
us abierat. In quo ille cum ma-
xima deuotione p̄noctans. dato
die. sanitati quam prius merue-
rat. instauratur. XXIII.

DE VILICHARIO VIOTO

Oignum existimo & illud non
omittere in scriptis. quod uilicharium
pr̄b̄m referentem au-
diu. Tempore quo p̄pter p̄fidi-
am chramni. chlotharium regē
incurrerat. ad basilicam sc̄i mar-
tini confugit. atq; ibidem inca-
tenis positus custodiebatur.
Sed uirtute beati p̄sulis com-
minutę catenae. stare non po-
tuerunt. Nescio qua autē immi-
nente negligentia. foris atrio
comprehensus ē. Quem oneratu
ferro. uinctis posterq; mani-
bus. ducebant ad regem. At ille
uoce magna clamare coepit.

venit sibi beatus martinus misere
 fecit orare. nec eum sineret cap
 tum. cuius deuotus. expaierat
 templum. Statimq. in eius uocib.
 orante beato eufraio epo. demu
 ro ciuitatis contra basilicam. dis
 solute sunt manus eius. & om̄s bo
 lae catenarum. constractae ceci
 derunt. Per ductus autem usq.
 ad regem. ibi iterum in compedi
 bus & catenis constrictus r̄eine
 batur. Sed inuocato nomine sepe
 dicti patroni. ita omne ferrum
 super eum committum ē. ut pu
 tares illud fuis se ceulutum.
Hoc tantum erat in spatius ut non
 solueretur a uinculo. quo ad usq.
 nomen illud sacratissimum inuo
 caset. Inuocato aut. om̄a solue
 bantur. Tunc rex altioris inge
 ni. uidens uirtutem sc̄i martini
 ibidem operari. & absoluit eu
 ab onere uinculi. & pristinae re
 stituit libertati. hoc ab ipsius
 uulua charu p̄bri ore. coram

multis testibus factum ee cognouit.
 Utinam se mibi intali uirtute. digna
 r̄etur manifestare beatus confes
 sor. ut sic absolueret meorum li
 gamenta peccaminum. sicut sup
 eum contriuit uasta pondera ca
 tenarum. **XXIII.**

DE ALBINO COMITI DEBILI.

Albinus quoq. comes turonicae
 ciuitatis. cum p̄ totum annum.
 grauer ab unius pedis dolore.
 consumeretur. & die noctuq. re
 quem non haberet. sed inter ip
 sas torturae suae uoces. beati
 martini uigiter auxilium implo
 rare. apparuit ei beatus confes
 sor. in uisu noctis. hilari uultu
 ar̄ ridens. & consueta deferens
 arma. beatum signaculum sc̄ae
 crucis super pedem infirmum
 imposuit. Mox omni dolore fuga
 to. sanus surrexit a lectulo. **XXV.**

DE CHARIGISILO CTRACTO.

Haec experta charigisilus refe
 rendarius regis chlotharii. cui

manus & pedes ab humore contracti
erant. uenit ad sanctam basilicam. &
orationi incumbens. per duos aut
tres menses. ab exco antistite uisi-
tatus. membris debilibus sanitatem
obtineri permittit; Et postea an-
te dicti regis domesticus fuit.
Multaque beneficia populo turonico.
uel seruientibus beatae basilicae
ministrauit. **XXVI. XXVI.**
DE AQUILINO AMENITE.
Quidam aquilinus nomine. dum
uenationem cum patre suo in
silua ferentiae exerceret. pau-
rem pessimum. in unico insidiantem
incurrit; Erat enim ei tremor
cordis. & interdum uidebatur
ex sensu. Parentes uero eius. in-
tellegentes eum. diabolum mis-
sione mulcarum. ut mos rusticorum
habere. a sortilegis & ariolis. liga-
menta ei & potiones deferabant;
Sed cum nihil ualeret ex more. sancti
martini auxilia prompti. dolo-
re cogente requirunt. dicentes;

Potest hic insidiarium nudare mali-
tiam. qui detexit umbram ut au-
diuimus. falso religionis nomine
adoratam; Quem de religione co-
monitum. miserunt ad sanctam basi-
licam. Ibiq. in oratione. cum sum-
ma patientia se continens. operam
seiposcebat assidue; Cumq. in he-
fide ductus commorasset. omni
pauore a dempto. sensum ut habu-
erat ante. recepit. Oblitusq. pa-
rentibus. in eoloco usq. hodie. per be-
neficio accepto deservit. **XXVII.**
DE CHARISALDO DEBILI.
Incurrens insidiam. latus unum
debilitata manu. ac pede perdidit;
Qui ad gloriosum templum.
famulorum manibus deportatus.
ieiuniis & orationibus se sub-
dens assidue. per totum fere annum.
omnium membrorum sanitatem
recepta. gaudenti remeavit ad
propria; Et ideo monemus. ut nul-
lus sollicitus ab ariolis. quia
nil proderunt unquam infirmis.

plus enim ual & parumper depulue
re. basilicae. quam illi cum medica
mentis insanae. **XXVIII.**

DE FUNE ABSCISO.

Oequo puluere aut cera loci
illius. uel quod rapere quis po
tuit de sepulchro. quantae uirtu
tes aut assidue fiant aut factae
sint. quis unquam inuestigare po
terit. aut scire. Unum tamen
manifestum miraculum. quod a fi
delibus comperi. putauit crimen
duci tacere. Unus fide plenus
expetit. ut aliquid pigneris de
se basilica secretius deportaret.
Et multis conatus uicibus numquam
potuit. dum publice non presump
sit. Reverti aut cupiens. nocte
ad finem illum de quo signum co
mouetur aduenit. Ex quo fune
decisam cultro particulam. secu
tulit. Regressusque ad domum. mul
tis exinde infirmis sanitatem ac
commodauit. ita ut non dubium
esset aegrotum euadere. qui pi

gnus illud meruisse & fideliter os
culari. Ecce quid sece prestas fide
libus. qui tua moenia expetunt.
proprie parte saluantur. qui pignora
uotue detulerunt. Sed haec omnia
fides strenua operatur. Dicente
dno. fides tua te saluum fecit. **XXVIII.**

DE CHARIBERTO REGE QUI LAPVASIT.

Videtur nec illud sileari. qualiter
uir beatus. presidia famulis ad
res suas defensandas. quaque iubet
accommodet. Charibertus rex.
cum exosis clericis. ecclesiam dei ne
gligeret. despectisque sacerdotibus.
magis in luxuriam declinasset. in
gestum e auribus. locum quem da
quem basilica sancti martini dicitur
no tempore retentabat. fisci sunt
uiribus redibere. Loco aut illi. nau
cellis nomen prisca uetustas indi
derat. Qui accepto iniquo consi
lio. pueros uelociter misit. qui re
culam illam in suo domicilio subiu
garent. Cumque haec non possidens
iudicaretur habere. iussit in locum

illum stabularium cum equitibus
dirigi. ibique sine equitatis ordine
precepit equos alii. Accedentes ergo
pueri. foenum quod aceruatum fue-
rat. accipiunt in equorum expen-
sa. Cumque inuinctum staderent
seruitium. atque equites positi. fe-
num coepissent expendere. corri-
piuntur arabie. & frementes ad-
inucem. disruptis loris. proplana
prosilunt. & in fugam uertuntur.
Et sic male discessi. alii exsecantur.
alii rupibus precipitantur. alii se-
sepibus ingerentes. palorum acu-
minibus. ultro transfo diuntur.
Tandem stabularii iram dei intelli-
gentes. paucos extra terminum
loci. quos adsequi potuerunt ex-
pellunt. sanosque recipiunt. nunti-
antes regi. illam iniustissime re-
tineri. & ideo haec fuissent per-
pessi. Ad dentes. dimitte eam.
& erit pax tibi. Qui furore re-
pletus. sic dixisse fertur. Siue
iuste siue iniuste debetur. re-

gnante me hoc basilica non habebit.
Qui peritus diuina uisione. transitu
requisiuit. Adueniente autem glo-
riosissimo sigeber to rege in eius
regnum ad suggestionem beati eu-
phronii episcopi. hoc in dominum sancti mar-
tini restituit. Quod usque hodie.
ab eius basilica possidetur. Audi-
te haec omnes potestate habentes.
sic uestite. ut alios non expolietis.
Hoc adiungite uiris diuitibus. unde
damnum non inferatis ecclesiis. Un-
dex enim deus uelociter seruos
suorum. & ideo monemus. ut qui
haec de potestatibus legerit. non
irascatur. Nam si irascitur. de se
confitebitur. dictum. **XXX.**
DE EUSTOCHIO PICTAVENSI.
Simili conditione. beatus confes-
sor. in rebus iniuste sibi ablati.
Apparuit. Eustochius quidam.
cuplerumque contra iustitiam.
sanctum euphronium episcopum de heredi-
tate baudulfi cognati sui pulsa-
re. qui heredem basilicam sancti mar-

tui instituerat. commotus ab eo p
 assiduas iniurias beatus pontifex.
 aliquid eisderebus illis reddidit.
 portante illo hoc ad domū suam. pro
 tinus eius filius unicus. in febrem
 corruit. unaq nocte & die graui
 ter exestuant expiravit. Cui
 tam presentis fuit mortis occursus.
 quam uelociter eius derebus sibi
 non debitis. effectus ē magnus.

Quin exemplū ge 21. possedit au
 rum & argentum. Sed quod illi
 erat preciosius. ad quise anima
 lepra. amisit & filium. nec um
 quam meruit deinceps alium
 adipisci.

**XXXI. DEO QUI IN SCAM
 PORTICUM PERIURAVIT.**

Quam p̄sens & sup̄ alium vltio di
 uina processerit. qui in sc̄a por
 ticū piurauerat. ad comprimen
 dampfidorium audaciam. n̄ file
 bo. Cum ad matriculam illam.
 qua sēs suo beneficio deuotorū
 elemosynis pascit. cotidie afi
 delib. necessaria tribuuntur.

consuetudinem benedicti paupe
 res habent. ut cum multi ex his p
 loca discesserunt. custodem inibi
 derelinquant. quicquid fuerit
 oblatum. accipiat. Quidam ergo
 deuotus. unū trientem mercedis
 inuitū d̄ & ulit. quem custos lo
 ci collectū. fratribus occultare
 n̄ m̄ & uit. Conuenientes aut pau
 peres a d̄ sextam. seuscitati sunt
 ante dictū custodem. quid sibi
 beatus pastor. solita piēate respi
 ciens. transmissis &. Audierant
 enim. ibidem aliquid fuisse largi
 tū. Qui ait eū iuram̄to. p̄ hunc
 locum sc̄m. & uirtutes domni mar
 tim. quia hic amplius n̄ uenit. qua
 unus argenteus. Nec dū enim uer
 ba compleuerat. sed adhuc sermo
 in ore pendebat. statim tremens
 corruit in terram. suoq. lectulo
 aliorum manibus redditus. coe
 pit graui ter singultare. Inter
 rogatus aut a curū dantibus.
 quid sibi esset. respondit. Trien

tem illum quem requirebant. p̄iura
ui. & ideo me p̄sens iudicat ac fla
gellat. Sed rogo ut eum accipi
atis. reddatis matriculae. Quo
reddito. statim amittit sp̄m. O in
felix. sic a bini qua cupiditate p̄
uentus perit. ut & lucrum uite
p̄deret. nec damna captae pecu
niae possideret. Sed quid n̄ mor
talia pectora cogis. execranda
rapacitas. que iuuda quonda
iudus. duobus minutis. caeleste
regnum mercanti fueras. hunc p̄
uium trientem adima p̄cipitas.
Et qui iuda appendisti laqueo in
magistri p̄tio. hunc p̄paruum nu
misma. demergis in tartarum.
Satis ergo hec ad conprimendam
malorum temeritatem. dieta
sufficiant. XXXII.
QUALITER ME VIRTUS EIUS AB
INFIRMITATE RESTAURAU IN COE.
Ergo his exactis que circa alios
acta sunt. regredior que cir
ca me indigna. uirtus p̄sentis

operata patroni. Anno centesimo
sexagesimo tertio. post assump
tionem sc̄i. ac p̄dicabilis uiri beati
martini antistitis. regente eccle
siam tyronicam sc̄o eufronio epo
anno septimo. secundo anno sigo
berti gloriosissimi regis. irru
iualitudinem. cum pustulis ma
lis & febre. Negatioque usi potus
atque cibi. ita angebar. ut amissa
omni spe uite p̄sentis. de sole se
pulture necessarius cogitarem.
Obsidebat enim mors assidua cu
ardore. animam cupiens expugna
re de corpore. Tunc iam ualde
II. ex animis. inuocato nomine bea
ti martini antistitis. parumper
conualui. & lento adhuc cona
mine. iter incipio p̄parare. In
sederat enim animis. ut locum
uenerabilis sepulchri uisitare
deberem. Unde tanto desiderio
affectus sum. ut nec uiuere me
optarem. si tardius direxissim.
Et qui uix euaseram ex ardore

incommodi. coepi iterum desiderii
 febre succendi. Nec mora. adhuc
 parum fortis. iter cum eis arripio.
 actasque uel duas aut tres mansi
 ones. ingressus siluas. corruurur
 sum in febrem. & tam grauter
 agere coepi. ut omis me autuma
 rent uitam amittere. Tunc ac
 cedentes amici. uidentes me ual
 de lassum dicebant. Reuerta
 mur ad propria. & si te dñs uocare
 uoluerit. in domo tua morere.
 Si aut euadis. uotiuum iter faci
 lius explicabis. Satius enim ē re
 uerti ad domum. quā mori in he
 remo. Ego uero hec audiens.
 uehementer lacrimans. & plan
 gens in felicitate meam. locutus
 sum eis dicens. Adiuro uos pom
 nipotentem dñm. & reus omnibus
 me uendum iudicium. ut ad
 ea que rogo consentiat. Deq
 hoc coepio itinere n̄ desistere.
 Et si mereor sc̄i martini uidere
 basilicam. gr̄as ago dño meo. Sin

aliud. uel ex animi corpus defe
 rentes. ibidem sepelire. quia de
 liberatio mea ē. non reuertī do
 mum. si non eis sepulchro me uero
 p̄sentari. Tunc unā pariter flen
 tes. iter quod coeperamus ag
 gredimur. Præcedente uero p̄
 sidio gloriosi domni. ad basili
 cam eius aduenimus. **XXXIII.**

DE CLERICO NRO AMENITI.

Eo tempore unus ex clericis meis.
 armentarius nomine. bene eru
 ditus in sp̄italib. scripturis. cui
 tam facile erat sonorū modula
 tiones apprehendere. ut eum
 non putares hoc meditari sed scri
 bere. In seruitio ualde strenuus.
 & in comisso fidelis. sensū omnem
 pdiderat. & ita redactus fue
 rat. ut nihil penitus. aut intel
 legere possit. aut agere. Ter
 tia uero nocte postquam adue
 nimus ad sc̄am basilicā uigilare
 disposuimus. quod impleuimus.
 Mane aut factō. signo admixti

nos commoto. reuersi fuimus ad
m&atum. Quilectulis quiescen
tes. usq; hora prope secundam dor
muimus. Experge factus ego.
Amota omni languoris & cordis
amaritudine. sentio me pristi
nam recepisse salutem. Et gau
dens. pueru familiare qui mihi
seruiebat. euoco. Exsurgens
uite armentarius uelociter.
coram me stetit. & ait. Dne. ego
parabo quod iusseris. At ego
estimans eum adhuc ee ex sen
su. ait. Ego quecumq; pceperis
adimplebo. Obstupefactus in
terrogo. quid hoc eris? Qui ait.
intelligo me ualde sanum. Sed
unus error e animi. quod nes
cio. de qua parte huc aduenerim.
Et incipiens. ita mihi impendit
seruitium. sicut erat solitus an
te tedium. Tunc ego exultans.
& flens pre gaudio. gras omni po
tenti do. tam p me qua pro ipso
refero. quod incedente patro

no. in colorem me corpore. illum
mente reddiderit. Et unius oc
cursus ex fide. & iam alteri am
ti. qui nec p&ere nouerat. pre
stitus & salutem. Sed nec hoc p
teribo. quod post dies quadra
ginta. eodem die. primo uinum
delectatus subibere. cu illo fa
ciente incommodum. usq; nunc
exosum habuerim. **XXXIII.**

**QUOD VIRIUS EIUS AB AGRO NRO
TEMPESTATEM. PHIBUIT.**

Nos uero reuertentes. tres cere
olos. pbenedictione beati sepul
chri portauimus. De qua cera.
qua multe uirtutes facte s
sup frigor & icis. & alius infirmis.
longum e narrare. Sed unu
emultis. miraculum pferamus.
Agrum quendam possessionis nre.
tempestat uastare consueuerat.
& tam grauter se uiebat. ut
nil ibi de cu uenisset. relinque
re. Tunc ego in uenisset. ar
bore nram que erat excelsior

cæteris eligent. de scâ cera super eam
posui. Post illum autē diem. usq̄
in presens tempus. numquam ibide
tempestas cecidit. Sed ueniens.
locum illū tanquam timens pre
terit. **XXXV.**

DE LIGNO BEATI CANCELLI.

Fide commonente. quidā ex nr̄is.
lignū uenerabile de cancellō le
ctuli. quod ē ad monasteriū sc̄i
domni. nemine sciente detulerat.
Quod in hospitio suo. p̄ saluatione
r̄inebat. Sed credo. non sic hoc
honorabatur aut diligebatur.
ut sibi decuerat. Coepit familia
eius. grauius egrotare. Et cū
penitus nescir̄ur quid hoc es
sēt. nec emendar̄ur aliquid.
sed cotidie ager̄ur de teris.
uidit in uisu noctis p̄sonam ter
ribilem. dicentē sibi. cur sic te
cum agitur. Qui ait. Ignorō pro
p̄ter. unde hoc euenerit. Dicit
ei p̄sona. Lignū quod de lectulo
domni martini tulisti. & negli

genter tecū hoc r̄inebat. ideo hec
incurristi. Sed uade nunc. & de
fer id gregorio diacono. & ipse
id tecum r̄ineat. At ille nihil
moratus. mihi exhibuit. Quod
ego cum summa ueneratione col
lectum. loco digno reposui. Et
sic omnis familia in domo eius sa
nata ē. ita ut nemo ibidem. de in
cep̄t aliquod malum p̄ferat.

XXXVI.

QUOD VIRTUS S̄I ANOŒ INIBUIT.

Factum ē autē quodā tempore.
ut uisitacionis studio. ad uenera
bilem matrem meam. in burgun
diam ambularem. Cum autem
siluas illas que trans berem flu
uium sitē sunt. p̄teriremus. la
trones incurramus. Qui circum
dantes nos. uolebant expoliare.
& interficere. Tunc ego ad au
xilia consueta confugiens. sc̄i
martini p̄sidiū flagitabam.
Quod mihi p̄tinuis dignanter af
fuit. ut nihil contra nos agere

possent; Sed uersa uice. qui ue-
nerant ut timerentur. timere
coeperunt. & cursu uelocissi-
mo fugere; Sed ego non imme-
mor apti. uimicos nros potui ei
boq. debere satiare. potum eis
offerre precipio; Qui nequa
qua expectantes. quantum
poterant. fugiebant; Crede-
res eos fustibus agi. aut inui-
tos. contra possibilitate caual-
lorum suorum currere cogi;
Et sic tribuente dno. iuuante
patrono. ubi dirigebamur ad
uenimus; De quantis mihi neces-
sitatibus sua pietas astitit. uel
quantas in me amaritudines.
sua uirtute compescuit. non
dicam ad scribendum. sed & la-
ad referendu. plon gume. **XXXVII**
DIDESINTERICIS.

Quid de desintericis dicam. ubi
tam uelociter inuenitur me-
dela. quam fideliter fuerit in-
quisita. Nam uidi mulierem.

a desinteria. p. quinque menses gra-
uiter laborante. ita ut cu neces-
sitas commoueret. ante manus
in loca necessaria transferre-
tur. Que simul & confortatione
cibi. & uirtute in corpore ueloci. sup-
flue digerendo pdiderat. me
indice ad basilicam uigilasse.

Redito autem post nocturnas te-
nebras die abrasum beati tumu-
li puluerem. & remedium hau-
sisse simul & poculum. Eamque
domu p. p. gressibus. fuisse red-
ditam. que ueniens ab alio fue-
rat sustentata. **XXXVIII.**

DE NERGUMINIS ET FRIGORIS.

Vel quid de energuminis & fri-
gor & icis. referam. quibus si ue-
re fuerint paritas fidesq. con-
iuncte. mox ad muculante pa-
trono. conuincte submouentur
insidie. Sic multi ex frigore & icis.
dum uim febris pessime patiuntur.
tota die inter altarium & sem tu-
mulum decubantes. a duesperu.

autem hausto ex beato sepulchro
puluere. continuo pmerentur
accipere sanitatem. Nam paulus
energuminus. qui legionem dæ-
moniorum dicebatur habere.
insistente inimico. machinam
quæ scæ camere erat ppinqua
conscendens. dixisse fertur.

Percreta uasculum. quod exustus
inhabito. Et precipitans se deor-
sum. ita beati uirtute leuiter
in pauimentum depositus est. ut
nullum membrorum. corpusculi
damnati colliserit. **XXX. VIII.**

DE LOMERICA CÆCA.

Lomericia quædam cæca atque contra-
cta. longo tempore male uiuens.
dum iter illud p manus aliorum
crebris occurribat. quo ad
beati basilicam. tandem ab ei-
pietate respecta. iacens ad sem-
ostium. lumen pariter gressumque
recepit. Os totum pderetur
in publico. quod singuli quique
dum fideliter poscunt. latenter

accipiunt. Et ræin & occultum
multorum conscientia. quod fi-
deliter poscendo clam quæ sita
sanitas est adempta. Quod si hæc
ut diximus cuncta publicaren-
tur. non solum libros. sed nec ip-
sum mundum ut ait euangelista
de dno. arbitror potius se reci-
pere. **XL.**

DE SECURO CONTRACTO.

Et quo sermo clausulam perit.
unum uobis adhuc præclarum
miraculum. prius quam liber
finem accipiat. enarrabo. Ado-
lescens quidam nomine securus.
ex utero matris egrediens. ma-
num aridam pedemque protule-
rat. & ita omnium membrorum
siccata compage diriguerat.
ut monstrum aliquod simila-
retur. Erat autem. & iugo serui-
tutis innexus. Quem cum uide-
rent domini sui. iam p septem
annos nihil omnino posse pfi-
re. manibus deportantes. posuer

eum ante beatum sepulchrum. aut
 uel a pretereuntibus pasceretur:
 qui labore se proprio alere non po-
 terat. Jacente autem eo in loco illo
 per multos dies. directus est pes eius:
 qui fuerat debilis. manusque eius
 sicca. infectus sanguine uenis. sa-
 nata est. Et ita omni corpore ac-
 cepta beati confessoris ope. for-
 matus est. ut putares eum denuo
 fuisse renatum. Qui puerulus
 a iustino ciuilitate redemptus.
 & ingenuus dimissus est. & postea
 baptismum consecutus. usque ho-
 die. sub patrocinio sancte ecclesie
 persistit incolomus. Quis unquam
 ista sic ex ordine inquirat. aut
 referre poterit. aut laudare
 sufficiat. Tamen nos quantum
 inuestigare potuimus. scribere
 fideliter studuimus. Hanc spe-
 rantes mercedis & retributionem
 accipere. ut dum hec leguntur
 in laude sanctissimi sacerdotis. nobis
 fortassis tribuatur refrigerium

per delictis. Dicente pro & a. forsan
 & hec olim meminisse iuuabit.

EXPLICIT LIBER. III.

**INCIPIUNT CAPITULA LIBRI
 SECUNDI DE VIRGINITIB.
 SEI MARTINI EPI.**

- I** Qualiter a febre & desintheria
erutus sum.
- II** De infirmitate iustini.
- III** De maurosa chiragra.
- IIII** De seruo symonis presbiteri.
- V** De paralitico autisiodorensi.
- VI** De alio paralitico aurelianensi.
- VII** De alio paralitico exhibiturigo.
- VIII** De ceco illuminato.
- IIIIII** De alia caeca.
- X** De muliere a pfluuiuo sanguinis
liberata.
- XI** De muliere clauda.
- XII** De desintherico sanato.
- XIII** De ceco illuminato.
- XIIII** De puella paralitica.
- XV** De ceco illuminato.
- XVI** De his que nauita & uilit.
- XVII** De gunthrammo duce.

- | | | |
|-------------------------------------------------------------|---------|--------------------------------------------------------------------|
| xxviii De landulfo lunatico. | xl i | De ceco illuminato. |
| xxviiii De theodoro domaro diacono ceco. | xl ii | De manu hominis contracta. |
| xxv De desiderio energumino. | xl iii | De puerulo suscitato. |
| xxvi De homine manu contracta. | xl iiii | De ceco illuminato. |
| xxvii De remigia matrona. | xl v | De duobus pueris sanatis. |
| xxviii De uinaste ceco. <i>I</i> contractus. | xl vi | De claudo directo. |
| xxviiii De homine omnibus membris. | xl vii | De contracto que bos trahabat. |
| xxv De paralitico sanato. | xl viii | De alio qui manus ac pedes contractos habebat. |
| xxvi De piolo muto. | | |
| xxvii De muliere paralitica. | xl viii | De contracto brachio sanato. |
| xxviii De alia muliere caeca. | L | De ceco illuminato. |
| xxviiii De duobus cecis. | L i | De desintericis. |
| xxx De muliere muta. | L ii | De alio ab humore graui sanato. |
| xxxv De alia muliere debili. <i>I</i> te. | L iii | De ex sensu redintegato. |
| xxxvii De oleo ad sepulchrum crescenti. | L iiii | De puella a lenxoe nse caeca. |
| xxxviii De oleo maro contracto. | L v | De puero manu contracta. |
| xxxiiii De clerico ceco. | L vi | De muliere que contractos in palma digitos habebat. |
| xxxv De carcerarius dimissis. | | |
| xxxvi De pignerib, que leodoualds | L vii | De alia que diu infestuitate se iohannis operabatur. debilitata e. |
| xxxvii De energumino sanato. | L viii | De alio ceco & contracto. |
| xxxviii De puella muta. | L iiii | De alia muliere que post ingenuitate e uendita. |
| xxxviiii De eo quod aridius pr br. p benedictione portauit. | L x | De oculis & capitis mei dolore. quomodo sanatus sum. |
| xl De sisulfo manco. | | |

INCIPIT LIBER SECUNDUS
DE VIRTUTIBUS SANCTI
MARTINI. QUAE ACTE SUNT
POSTQUAM NOS VENIMUS?
NONIAM PERSCRIPTI
TIS VIRTUTIBUS SANCTI MARTINI.
quod iudimus. uel

A fidelibus uiris de ante acto tem
pore repperire potuimus. arden
tes ualde in hac sita. ut non tra
deretur obliuioni. quod dominus ex
erere dignatus est in laudem an
tistitis sui. narrare & iam cupimus.
que non tempore agimur.

Relinquentes parua materia
eloquentioribus. sumentes autem
magnalia uirtutum in nostris ope
ribus. Ut quod peritia non dilatat
in paginis. numerositas uirtutum
extendat in cumulis. Anno cen
tesimo septuagesimo secundo.
post transitum beati martini an
tistitis. si goberto gloriosissimo
rege. duodecimo anno regnante.
post excessum sancti eufronii epi.

non meo merito. cum sim conscien
tia deterritus & peccatis obuo
lutus. sed tribuente fidei domino.
qui uocat ea que non sunt. tan
quam ea que sunt. onus episcopa
tus indignus accepi. Mense autem
secundo ordinationis mee. cum
essem in uilla. incurri de sente
ntiam cum febre ualida. & tali
ter agere coepi. ut imminente
morte uiuere omnimodis despe
rarem. Emittebant autem assidua
digestionum officia. que non ac
cipere poterant in expensa. Et
erat horror cibi. cum ab inedia
deficeret uirtus stomachi. febris
tantum erat uictus corpori. Nam
nullatenus accedebat. confor
tatio sumptuosa. Erat autem &
dolor grauis. totam aluum. pe
netrans. & descendens ad ilia.
non me minus consumens tortu
ra sua quam febris exegerat.
Cumque sic ageretur mecum. ut non
remanisset spes uitae. sed cum

eta deputarentur in funere. nec
 ualeret penitus archiatranti
 dotum. quem mors mancipauerat
 ad pendendum. ego ipse de me de
 sperans. uocauit argumentarium ar
 chiatrum & ait ei. Omne ingenium
 artificum tuum. impendisti. pigram
 torum omnium uim iam probasti.
 sed nihil proficit perituro res
 seculi. Unum restat quod facias.
 magnam tibi tyriacam ostenda.
Puluerem de sacratissimo domni
 martini sepulchro exhibeo. ex
 inde mihi facto potionem. Quod
 si hoc non ualuerit. amissa sunt
 omnia euadendi profugia. Tunc
 misso diacono ad ante dictum
 beati presulis tumulum. de sa
 cro seculo puluere exhibuit. Dilu
 tumque mihi porrigunt ad biben
 dum. Quo hauisto. mox omni do
 lore sedato. sanitate recepi
 de umulo. In quo tam presens
 fuit beneficium. ut cum id actum
 fuerit. hora tertia in colomus

procederem ad conuiuium ipsa
 die ad sextam. Visum est & hoc in
 serere lectioni. qualiter me de
 arguerit. ne ante me permitte
 rem stultos & faciles. debent
 solemnibus obtruncare. In era
 stino aut postquam conualui.
 die dominico admissam ueniens.
 nolens me fatigare. uni prbo
 rorum gloriosa solemnia cele
 brare precepi. Sed cum prbr
 ille. nescio quid rustice festiua
 uerba de pmeret. multi eum de
 nrus irridere coeperunt dicen
 tes. Melius fuisse & tacere. qua
 sic inculte loqui. Nocte autem
 in secuta. uidi uirum dicentem
 mihi. Demysterus di. nequaqua
 disputandum. Testor dm. quia
 hoc a me non est compositum. sed
 ipsa uerba que audiui. uobis
 exposui. Unde dilectissimi.
 nullus de hoc mysterio & iam
 rustice uidetur dici. disputa
 re presumat. Quia apud di. nunc

statem magis simplicitas pura.
quam philosophorum ual & ar
guta. .11.

DE IN FIRMITATE IUSTINI.

Gratum arbitratus sum & illud
non omittere. quod mihi in libro
anteriori excessit. Nam cum re
tulerim de ceterolis illis. quos de
sepulchro beati antistitis sustuli.
a quibus & tempestates sedatas. &
alias infirmitates prohibitas dixi.
mecum de in eam. iustinus uir so
roris mee. in ualitudine irruit.
Et in ualescente febre. cum dolori
bus membrorum omnium ualde
ad extremas agere coepit. Nun
tius hec ad me delatus & uult.
efflagitans. ut si quid medicamen
ta reperire possem. morituro tra
nsmitterem. ne obiret. At ego in
uirtute antistitis beati confisus.
unum ex cereolis transmitto p
puerum dicens. Accendite illum
coram eo. & in contemplatione lu
minis orationem fundat ad dnm.

ompm. & de p & ur antistitem. ut ei
succurrat. Missus autem puer.
quod dederam deportauit. Quo
accenso ante lectum egroti. facul
lam scripti quem iam ignis consump
serat. cultro eradunt. delectamq
aqua. egroti porrigunt ad biben
dum. At ille ut hauserit. p. tanus sani
tatem recepit. In colomis q. reddi
tus. nobis postea qualiter sibi uir
tus beati antistitis subuenit. ex
posuit. Nam referre erat solitus.
quod ubi primū ab oculis eius u
bar luminis p. gres sum. acereo. te
nebras pepulit noctis. p. tanus in
contemplatione flamme. febris
recessit a corpore. ac stomachus
qui diu languebat inedia. cibum
consolationis flagitat. Et qui tan
tum aquam puram. ad restangen
dū febris ardorem haurire con
sueuerat. nunc uina desiderat.
Facit hoc uirtus antistitis. qua sepe
miseris. opem p. fluam miseratione
tribuit. in infirmis. medi. cam.

Largitur . . . 111.

DE MAURUSA CHIRAGRICA

Vereor ne nimium progredi presu-
mens. obsolet & paginam sermo
rusticior. Maurusam quandam.
grauius chiragrici humoris do-
lor afflixerat. ita ut r & ortus
ad crura pedibus. nullatenus se-
erigere possit. Erat autem & oculo-
rum luce multata. que longo te-
pore grauius agens. tanquam
mortua putabatur supstes. Nec
erat ei spes alimoniae. nisi qui ma-
nu misericordiae porrexisset.

Conditae autem respectum intuens
deuotorum uictus necessaria de-
poscebat. Factum est autem. ut quo-
dam tempore extra solitum gra-
uius ager & nec poterat quicquam
uiuare membrorum. nisi tantum
in pectore flatus spiraminis dis-
currebat. Que iam ualde exami-
nis. rogauit ut eam ad pedes sancti
martini deferrent. Cui loco
cum manibus fidelium fuisset illa

ta. dolore cogente uociferans. beati
uiri auxilium. ut sibi miseretur & ur-
orabat. Tandem pietas illa respi-
ciens. que pauperes dimittere nu-
quam consueuerat inanes. infes-
tuitate sua. laxata sunt fila ner-
uorum arcentium. Et sic de dexte-
ra que per sex annos non adiuuerat.
signum beatae crucis ad os faciens.
in pedibus restituta est. Ita ut ad
hospitiolum suum. nullius usque ad-
iutorio remear & oculorum lu-
mine non recepto. Post annos autem
duos. iterum ueniens ad beati-
tumulum. coepit attentius si-
cut erat oportunum orare. Mox
apertis oculis. in rediuisa luce
surrexit. Hanc uirtutem ideo
hic scripsimus. quia postquam
nos aduenimus. illuminata est.

Nam antea a debilitate sanata. 111.

DE SERUO SYMONIS PRBBI.

Simonis fidelissimi com prbri nri
seruus. ueranus nomine. qui eie-
rat in commissis promptus us p

libatus. dū ad custodiam sibi dis-
positam resideret. & supuente
humore podagrico. pedum gres-
sum multatur. Qui cum p̄ totum
annū talibus doloribus uexare-
tur. ut & iam uicina in p̄ximo po-
sita. commoueret. contractis subi-
to neruis. ad plene debilitatur.
Quod uident dominus eius. dolens
exitum fidelis uernaculi. iussit
eum ad pedes beati antistitis de-
portari. p̄mittens uotum & di-
cens. Si eum reddideris sanitati.
p̄ssime domne martine. ab illa
die absolutus a me seruitu uincu-
lo. humiliatis capillis. tuo serui-
tio deputatur. Positus ergo ad
pedes p̄ciosissimi domni. cum p̄
quinq; dies ibidem iaceret immo-
bilis. die sexta sopore comprimi-
tur. Et obdormiens. uisum eēt.
tanquam si in lectulo solitus sit
homo pedes extendere. Ex p̄ge
factus autē. sanus ab omni debi-
litate surrexit. Qui tonsurato

capite. accepta libertate. beati
domni uisibus nunc deseruit.
O admirabilem beati uiri redemp-
tionem. Quis unquam de mille
talentis sic redimere. sicut p̄sens
n̄rorum criminum suffragator.
qui uno ictu. uno q; momento. si-
ne nomismate auri. & corpus a
debilitate. & conditionem absol-
uit ab onere. **V. DE PARA-
LITICO AUTISIODORENSI**
Quidam ex autisiodorensi
parrocchia. mallulfus nomi-
ne. deferentium manibus.
ad beati martini sepulchrum
iactatus ē. Qui iugi oratione &
ieiunio incumbens. accommoda-
ta sanitate reuulit in usu consue-
to directus. Et ita s̄i uirtute
quodamodo reformatus ē. ut
qui aliorum manibus deportaba-
tur. p̄p̄rius firmatus uestigis.
p̄sentibus nobis consurgeret & sos-
pet. **VI. DE ALIO PARA-
LITICO AURELIANENSIS.**

Alius autem paralyticus ex aureli
 Anensi territorio. carruca de
 uectus. uenit ad sc̄am basilicā.
 Qui diebus multis iacens ad osti
 um illud. quod secus baptisteri
 um. ad mediā diē pandit egres
 sum. beati antistitis implorabat
 auxilium. Factum ē autem ut
 una die iacens. grauius extra
 solitum torqueretur. ita ut ui
 cinia de pximo. a deus uoces con
 curreret. Dissoluebantur autē
 ligaturae neruorum eius. & di
 rigebatur. Propterea erat do
 lor intolerabilis. Et sic tribu
 ente patrono. erectus sup plan
 tas. flens p̄ gaudio populo teste
 surrexit. Qui continuo cleri
 cus factus. & in sospitate firma
 tus. domum regressus ē. **VII.**

DE ALIO PARALITICO EX BITURICO.

Sed & alius gressu debilis. nomi
 ne leoboueus. iam clericus ad
 adueniens. se per terram tra
 hens. quia paupertate faciente.

non habebat qui eum ferret. de die
 in diem. beati martini luminare
 quirebat. Qui dum quadam die
 a foris ad sc̄i pedes fletu. dire
 ctis genibus atq; pedibus. expe
 ctante populo sanitatem recepit.
Tres uirtutes istas ipsa die factas
 fuisse constat. quia si giber tus
 gloriosissimus rex. sequanam
 transiens. sine collisione exerci
 tus. pacem cum fratribus fecit.
 Quod nullus ambigat. hanc & iam
 beati antistitis fuisse uictoriam.

VIII. DE CAECO ILLUMINATO.

Eo namq; tempore. cecus quidam
 stipem ab elemosynarius postu
 lans. cui non erat aliud in uctu.
 nisi qui manum porrexisset pi
 etatis intuitu. Nec erat domus
 presidium. nisi miseratio deuo
 torum. die una dum ante sc̄m se
 pulchrum fixis star & uestigis
 subito corripit eum dolor in
 oculis. Et cum grauius ab hoc
 dolore consumeretur. coeperunt

oculi eius spumam emittere. Et sic
etumpente a palpebris eius san-
guine in rediuita luce renascens
lumen quod olim perdidit. uide-
re per meritum.

DE CAUSA ILLUMINATA

Cum theodrudis quedam. de uero
mandensi territorio. oculorum
lumen perdidit. Que relinquit
domum & patriam. fide commonen-
te. uenit ad sanctam basilicam. Ibi
diebus multis deserviens. unius
oculi meruit recipere uisum.

Que mox oblita uirum & filios. ue-
steq. mutata. ad religionem eccle-
siasticam. domino inspirante transi-
uit.

DE MULIERE A PFLU- UIO SANGUINIS LIBERATA.

Sed nec hoc silebo. qualiter ue-
lut ex ueste redemptoris nostri. ad
beatum sepulchrum. fluxus san-
guinis sit siccatum. Mulier que-
dam ex aruernoueniens. cum uiro
suo. de pago transilienti. a pflu-
uio sanguinis egrotabat. Secus

atrium autem basilicæ. mansio-
nem habebat. Que diebus singu-
lis ad sancti confessoris lumina ta-
cens. prostrata. operam sanitatis pos-
cebat. Factum est autem. ut qua-
dam die accedens ad sanctum sepul-
chrum. orans & osculans. de
palla que superposita. aures si-
bi & oculos tangeret. Protinus
siccatoriuo sanguinis. ita sana-
ta est. ut putaret se redemptoris
fimbriam contigisse. Cuius uir-
tutem inualiditatem irruens. ad ostium
basilicæ manibus depositus ali-
orum. fideliter exorans. restin-
cta febre conualuit. Et sic pa-
riter. hic ab incommodo. hęc a
pfluuio sanati. magnificantes
dominum. ad propriam domum regres-
si sunt.

DE MULIERE CLAUDA

Coniuux a nemine tribuni. nomi-
ne mommula. nocte conpetri-
ta a rauore. usum unius pedis per-
diderat. Et ita in debilitatem

corruerat. ut aliorum manibus
 sustentaretur euecta. sicubi dis
 poneret p[er]cessura. Que ad beati
 martini pedes apposita. nocte
 tota cereum manu puoto d[omi]ni
 it nobis in basilica iuglantibus
 Mane aut[em] facto. moto ad matutinos
 signo. sup[er] pedem debilem consti
 tit. ita ut omni debilitate sedata.
 ad m[er]itum suum p[ro]p[ri]is gressib[us].
 nullo sustentante libere remea
 ra.

XII.

DE DISENTERICO SANATO.

Quodam aut[em] tempore cum be
 atus germanus. parasia cur
 bis pontifex. ad festiuitate[m]
 Antistitiis gloriosi accederet. re
 gni modus tunc diaconus. nunc
 ep[iscopu]s. inferuitio eius accessit. gra
 uiter ad enteria laborans.

Sed beatus germanus. prius ad uil
 lam ecclesie sue. que in hoc ter
 ritorio sita e[st] uenit. Igitur cum
 ante noctem iugiliarum solem
 nitatis eius. turonos aduenire

corpisset. diaconem in uilla reside
 re iube[re] dicens. Ne forte fatige
 ris eundo. & aliquid d[omi]ni tibi
 contingat. At ille. Potestas in
 quit. di[omi]ni. que nos iubeat iuxta
 meritum pati. Nam ego non ex eo
 aliter. nisi ad basilica[m] beati anti
 stitis eam. Confido enim. quod si
 tumultum eius attigero. saluus
 ero. Et statim ascenso equite.
 ad basilicam uenit. Mane aut[em]
 accepta portione. depulvere se
 pulchri. sedata protinus infirmi
 tate conualuit.

XIII.

DE CAECO ILLUMINATA.

Vrsul[us] filius aut[em] quidam ex turo
 ni ca ciuitate. de pago transligeri
 tano. cecus beati martini suffra
 gia deuotus ex p[er]euit. Qui duob[us]
 assidue mensibus. ad eius tem
 plum deseruens. in ea unius & o
 ratiomb[us]. p[er]durabat. Factu[m] e[st] aut[em]
 in una die resurrectionis domini
 cae. dum esset ad pedes beati dom
 ni. & cum reliquo populo missar[um]

de d[omi]ni enteria

solemnia expectar & subito ap-
tis oculis. cuncta clare cernere
coepit. Ita ut ad sem altarium
communicandi gratia. nemine
ducente uenir &. Quae aut fue-
rit causa cecitatis. edicam. Pri-
mo die pasche. iussus e a domino
suo ut agrum circuir &. Inuen-
tumq aditum unde pecora intro-
ibant. dum eum claudere cona-
tur. excecatus e. Tunc ad beati
sepulchrum ueniens. flens & heu-
lans. uisum que pdiderat flagi-
tabat. Die aut illa. dum popu-
lo gratia corporis dominici tra-
deretur. & beatus antistes red-
dere lumen dignaretur. ecce
lucente sole iustitiae. luminu
suorum refulserunt. stellae.
Quis unquam rogo talis medicus
poterit inueniri. qui in unam
infirmi tatem. duas contulerit
medicinas. Ecce in unum cecu.
duae uirtutes ostense. Cui cor-
porales oculos ad contemplan-

de puella paralytica
da terrena prius aperuit. nunc
cordis oculos ne ex concupiscat
illuminauit. & ad suum digna-
tus e dicare seruitium. quem
ut ita dicam. renasci denuo fe-
cit in mundu. XIII.

DE PUELLA PARALITICA.

Sed ne hoc r & icebo. quod in sua
festiuitate. operatus sit hic
patronus. Palatina quaedam puel-
la. paralytis humore percussa.
usu gressuum male redacta p-
diderat. Ita ut contractis
in poplitibus neruis. calcane-
os ad femora conuinger &.
Qua pater tuonos deferens.
ante pedes beati martini de-
uotus exposuit. Ibiq. tribus
mensib. iacens. stipem a ptere-
uitib. postulabat. Factum e
aut in die insignis solemnita-
tis beati uiri. ut illic nobis mis-
sas dicentib. in loco que supe-
rius nominauim. fideliter ex-
orar &. Cum q nos rite sacro

seā solemnia celebrantes. contesta-
tionem de domni scī uirtutibus
narraremus. subito illa uoce fe-
rare coepit. & flere. indicans
se torqueri. At ubi expedita
contestatione. omnis populus
scī in laudem dñi. perclamauit.
statim dissoluti sunt nerui.
qui ligati erant. & steterunt sup
pedes suos. cuncto populo spe-
ctante. Et sic ppitante dño.
usq; ad altarium scē ad commu-
candū pprus gressibus. nullo
sustentante peruenit. Que usq;
hodie. in colomis pseuerat. **XV.**

DE CAECO ILLUMINATO.

Merobaudis quidā. ex pago
picta uensi dū esset labo-
rans. cecitate pessima insidia-
tore inmittente. percussus ē.
Qui cum p sex annos male haberet.
in hac infirmitate duraret. ad-
uenit ad scē templum beati
martini. Ibiq; assidue orationi
incumbens. in crastina die. de

seā festiuitate. dū ad pedes dom-
martini staret. subito uisū est
ei circa se tanquam coruscatio
resplenderet. Protinus apertis
oculis. cuncta prospexit. Qui
continuo clericus factus in eo-
dem loco. sanus abcessit. **XVI.**

DE HIS QUI NAUTA RETULIT.

Fuit & illud insigne miracu-
lum. cū dñs in die epiphanio-
rum obtentu beati antistitis.
ex aquis falerna pduxit. ac
de alui fundo uinum elicit
pauperi. qui quondam latices
in uinum mutauit. Igitur dū
quodā tempore iter agerem.
in pago balbia censi. ad ligere
fluuium usq; pueni. Cumq; a
nauta qui nos ripę alteri trans-
ponere debebat. sollicite re-
quireremus. loca. in que pesca-
turi pcederemus. locū indicat
dicens. Sit uobis beatus mar-
tinus in adiutorium. At nrī
in grate hęc suscepunt. dicen-

tes. quod in eius nomine nunquam
captura uita euenisse. Et ille
haud dubium quia prestat hec
uirtus eius. Nam referam uob.
que mihi hoc anno contigerint.
uel qualiter per uocationem
nominis eius. oppitulante dno.
que optauimus. Denique dies
erat epiphaniarum. & ingres-
sus in promtuarum. nihil potui.
quod haurire inueni. Regres-
susque orauit dicens. Beatissime
mariane. trans mitte mihi in hac
seca sollemnitate aliquid uini. ne
epulantibus aliis. ego ieiunus re-
maneam. Dum haec autem taci-
tus orarem. uoce in uulteriore
ripa audiui. me uocante. ut na-
uem homini qui iter agebat ad-
ducerem. Uerum ubi acceptis
comis tonsorum. & iam impetu
fluctus secare coepi. & in medio
ut pite amne pueni. subito ex-
cussus magnus ex gurgite pis-
cis. in nauem cecidit. Quem con-

stitutum oppressum. transpositis
hominibus. domum regressus sum.
Uendit quoque pisce. uno uini modio
cum ceteris si refectus. Ergo no-
ueritis. quia uelociter in id quod
inuocatus fuerit. si precatur si-
deliter apparebit. Testor autem
dno. quia hec ab ipsius nauis ore
cognoui. XVII
DE GUNTBRAMMO DUCI.
Quadam die dum guntbram-
mus & bos. contra uicium
ambi a censem ligerem flumi-
um transmearent. & irruentibus
iam tenebris. mundum nox horri-
bilis & iners. subito aduersan-
te uento. nauis turbantur in
pelago. Separatisque nauibus que
pontem illum sustinebant. & aqua
usque ad summum replent. descen-
dunt cuncti usque ad cingulum. cum
ipsis nauibus in profundum. nequaqua-
tam nauibus subductis a pedibus.
Ex terris autem omnibus bos non
rauce uociferans. beati martini

auxilium proclamabat. & ut eis
ad liberandum festinus occurre
re & precabatur. dicens fident
suis. Nolite timere. Scio enim
quod dextera sancti uiri ad auxilia
portigenda. maxime in neces
sitatibus sit parata. Haec eo di
cente. directus ad donauib. muta
to quento contrario in secundum.
nullo peruenire puenerunt ad li
tus. Ubi tam presentis occurrit be
ati confessoris suffragium. ut
etiam argentum quod fluuio
rapiente perdididerant. ipso denique
fluuio in litus restituenne reci
perent.

XVIII

DE LANDULFO LUNATICO.

Quidam ex uennensi terri
torio. Landulfus nomine.
gra uiter a lunatici demonis
infestatione uexabatur. Ita ut
plerumque ab hoste se uallari pu
tans. in terram corrueret. & cruen
tasque ex ore spumas emittens. tam
quam mortuus habebatur. Quod

genus morbi. epelepticum pe
ritorium medicorum uocitant
auctoritas. Rustici uero eadi
uum dicunt. pro quod cadere
patientes facit. Cumque se ante
dictus. in hoc exitu uideret & af
fligi. audita beati presulis fama.
seam eius adiuu basilicam. ut
sibi presenti cunctis suffragio sub
ueniret. Sed cum in eundem locum
plenus fide uenisset. ardentis
eum seu demonis pulsabat au
dacia. Nec eulicebat atrium e
gredi. propter publicam doemo
ni infestationem. in atrio tamen
nihil nocebatur. Nam uisibiliter
cum magno armorum strepitu ueni
entes. conabantur euicassitelo
rum acuminibus. perfodere. Quod si
se subderet. terrenarum superum
multitudo horribilis dissilire
uidebatur. Sed & uoces publice
ab eo audiebantur. exprimentium
& dicentium. Martinus que ex
peristi. nihil tibi poterit subue

nure. Quia nris es ditionib. manci-
patus. Sed ille ad hec fidenter
immobilis. signu crucis opponens.
terribiliter eos p aera terrens
effugabat. Post has aute uacu-
as & inanes inmissiones. cu uide-
re inimicus qd eum sibi uendi-
care non possit. dolis eum temp-
tauit illudere. Componens naq
se in speciem ueterani. uenit ad
eum dicens. Ego sum martinus
que inuocas. surge & ora coram
me. si uis recipere sanitate. Cui
ille ait. Si tu es dominus martin.
fac sup me signum crucis. & cre-
da. At ille audito nomine signi.
sibi semp contrari. tamqua fum
euanuit. Post hec aute stans ad
pedes gloriosi domni. factus e
in stupore mentis. & uidit bea-
tam basilicam. nouo lumine ef-
fulgere. Ex qua egrediens ses.
dixit ad eu. Ex audita e oratio
tua. Et ecce eris sanus. ab infir-
mitate qua pateris. Et sic beate

crucis signaculu. sup caput eius
faciens. abcessit. Ille uero in-
se reuersus. a mota omni insi-
dia. sensit se salutem integram
recepisse. Tamen post recepta
sanitatem. cu coepisset uino uti
supflue. corpus quia diu ab-
stentio ymbre maduis. & latus
ei cum uno pede manuq. contra-
bitur. Sed parsimoniam se ite-
rum deputans. caputq. tonsu-
rans. rursus beati uirtute red-
ditur sanitati.

DE THEODOMARO DIACONO CIECO.

Qum singula queq. miracula
beati uiri succincte scribun.
nec ea ampliore sermone ex-
pandimus. uerendo ualde atq.
timendo iter carpinus inchoa-
tu. ne forte dicatur a pruden-
tiorib. multu hec poterat pe-
ritus extendere. Sed nobis
in ecclesiastico dogmate uer-
santib. uidetur ut historia que
ad edificatione ecclesie p tunc.

post posita uerboſitate. breuiatq.
ſimplici ſermone textatur. Ut &
uirtutem beati antiſtitis p̄dat.
& ſapientibus faſtidium non im-
ponat. Quo facto. & lector p̄uo-
cetur in lectione. & ſeſ. p̄datur
in opere. Theodomeris diaconi.
cum p̄ humore capitis. decedenti-
bus cataractis. oculorū a ditus
haberet p̄ quatuor annos graui-
ter obſeratus. uenit ad cellula
conditens em. in qua uir beatus
transiit. Proſtratusq. ad eius
lectulā. nocte tota lacrimis &
orationib. deducta immobilis.
ma defecit terram flētib. tepu-
itq. ſuſpiriis eius. uenerabilis
lignū cancelli. Luceſcente autē
die. reſeratis cataractis lumi-
nū. lumen uidere. p̄meruit.
quid unquam tale fecere cū ſer-
uatis medici. cū plus negotiū
doloris exerant quā medelē.
cū diſtento tranſfixoq. ſpiculis
oculo. prius mortis tormenta

111
figurant. quā lumen aperiant.
In quo ſi cautela feſellerit. & er-
nam miſero p̄parat cecitatem.
Huic autē beato confefſori. uo-
luntas ferramentum ē. & ſola uir-
tus unguentū. xx.

DE DESIDERIO ENERGUMINO
In qua cellula. cū deſiderius e-
nerguminus. ex aruerno ueniens.
nocte integra debachatus ſit.
mane facto. coepit declamare
quod cū beatus martinus incen-
deret. In his uocib. euomens pu-
rulentū neſcio quid cū ſangu-
ne. demone eiecto purgatus ē.
Infectumq. ſanie puluerem de-
relinquens. cellulam egreſſus
ē ſanus. xxi.

DE HOMINE MANU CONTRACTA.
Quidā in eundem locū. ma-
nū debilem contractis di-
gitis dēuilit. ita ut un-
gues in palma ei affixi. decur-
rente interdū ſanguine. dolo-
rē ei nimū generarent. hic

proiciens se ad ante dictum glo
riosi domni lectulū. flens & de
precans. tam dolore instigante
quā fide. postera die directus
digitis. manū recepit in colo
mem.

xxii.

DE REMIGIA MATRONA.

Similem infirmitatē remigia
matrona incurrens. ad beatā
cellulam. ualde deuota puenit.
Que uigiliis & orationibus insistens.
cū matriculam que ibi congre
gata ē pasceret. aridū brachiū.
cū contractis digitis. sanū extu
lit ad miscendum. Et sic tota
die benedictis pauperibus de
seruiens. sospes remeauit ad
ppria. haec in posterū. annis
singulis. ante diebus fratribus
alimētū sufficiens exhibebat.
Factū ē autē. ut quadā uice. cū
una puella r̄suarū male aquar
tam t̄phi febre quateretur.
dū autē secundū consuetudi
nē ueniens. pauperibus illis exhi

bæ uictum. sc̄i uiri implorat au
xilium. Et p̄ quatuor dies. ad be
atā cellulam continuatione atq.
ieiunio decumbebat. ab omni fe
bre sanata. cū famula magnificans
d̄m. domū regressa ē.

xxiii.

DE UINASTE CAECO.

Talia exerceens quidā uenastes
nomine. lumen recepit. dum pau
